

II. Ipsum verò Aristotelem, in cuius verba jurari solet
 (uti de ipso loquitur idem Vossius cit. l.) Eclecticum revera
 fuisse, quis crediderit? Et est tamen illud tam certum, quam
 quod certissimum. Ut enim id nunc taceam, quod à Lau-
 rent. Valla, Agrrippa, Julio Alexandrino plurimisq; aliis vete-
 ribus ac recentioribus (quorum verba allegat Clarissimus
 Thomasius in Plagio Literario §. 364.) sic habitus plagiarius,
 & Authoribus suis relinquam, quod speciatim dicatur Speu-
 sippi manuscripta, tribus Atticis talentis coempta, postquam
 quæ inibi reperiisse optima suis libris inferuisset, concre-
 matisse simul omnia (quod equidem illaudabile genus ἀκλέ-
 ρεως illud nequaquam est quod hoc tractatu commendamus)
 si ex propriis ejus scriptis potius quam aliorum relatu
 judicare velimus Philosophum celeberrimum, nunquid al-
 terius quam Eclectici verba esse possunt ea, quæ leguntur sub
 ipsum initium cap. II. Lib. I. de an. ubi naturam animæ rectè
 pervestigaturum oportere ait τὰς τῶν ἀρχέρων δόξας συμπαρθ-
 λαυβάρειν, antiquorum (Democriti puta, Pythagoræorum,
 Anaxagoræ, Thaletis, Diogenis, Heracliti, Alcmæonis, Critiae
 &c. quas pluribus etiam postmodum enumerat & expendit)
 opiniones unā comprehendere (NB.) ὅπως τὰ μὴ εἰρημένα καλῶς
 λαβώμενοι εἰ δὲ μῆνι καλῶς, τὰς ἐν λαβηθῶμεν, h. e. ut ea que
 scitè dicta sunt accipiamus: Si quid verò inscitè, id vitemus. Ad
 quem locum Jul. Pacius hoc Philosophum suo more hic facere
 „inquit, notariq; ejus modestiam jubet, cùm simpliciter su-
 „menda esse dicat, quæ alii rectè tradiderunt, de vitandis au-
 „tem non ita simpliciter, sed in unitatis numero & quidem
 „cum dubitatione, si quid minus rectè &c. loquatur. Fuisse
 autem revera istum Aristotelis morem, ex τῶν μετὰ τὰ Φυσι-
 κά & Φυσικῆς ἀκροστορεως initio quoq; sole clarius apparent: ubi
 causalrum principiorumque numerum determinaturus, ea,
 quæ Thales, Anaximenes, Diogenes, Hippasus Metapon-
 tinus, Heraclitus Ephesius, Empedocles, Anaxagoras Cla-
 zome-